



# The Holy See

---

IOANNES PP. XXIII

***CHIROGRAPHUM QUO  
PRIMA ROMANAEC DIOECESIS SYNODUS  
CELEBRANDA INDICITUR***

Postquam Sancti Spiritus lumen et gratiam supplicibus invocavimus precibus, consilium inivimus Romanae celebrandae Synodi, ut in hac alma Urbe, Dioecesis Nostrae sede, catholica fides in aliorum etiam exemplum magis magisque revirescat, ut christiani mores salutare incrementum capiant, utque cleri populique disciplina aptius nostrae huius aetatis necessitatibus respondeat ac firmiter roboretur. Quamobrem ad maiorem Dei gloriam ac Beatae Virginis Mariae, quae « Salus populi Romani » nuncupatur et colitur, Sancti Ioannis Baptiste et S. Ioannis Evangelistae, quorum titulo Patriarchalis Lateranensis Archibasilica, Nostra Cathedralis aedes, insinuitur, Ss. Apostolorum Petri et Pauli ceterorumque Almae huius Urbis Protectorum patrocinio fidentissime interposito: Nostrae Romanae Dioecesis Primam Synodus die dominica XXIV mensis Ianuarii, anno MDCCCCLX, in eadem Archibasilica Lateranensi ineundam, auctoritate Nostra celebrandam indicimus.

*Ex Aedibus Vaticanis, die XVI mensis Ianuarii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.*

IOANNES PP. XXIII

---